



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

372. Die S. Stephani. Quid sanctum Stephanum ad patiendum animaverit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

## MEDITATIO CCCLXXII.

Die S. Stephani.

*Quid S. Stephanum ad patiendum animaverit.*

**V**idebo S. Stephanum apertis oculis ad suum exemplar aspicientem. Petam eum imitari.

*Conf. 1.* Quidnam in D. JESU videris D. Stephanus, quod inter stridores dentium, fragores lapidum tam generosè passus sit, proque inimicis oraverit. Et intelligam S. Stephanum vidisse in D. JESU infantiles necessitates, quando in Conceptione venit in carcerem Mundi; in Nativitate incommoda paupertatis suscepit: in Circumcisione catenas & vincula nostra factus sub lege amplexus est: in Adolescentia & juventute, morigerè obediit: vidit D. JESU labores in predicando cordibus lapideis, tentationes, insidias, pericula, convitia pro vigilijs, fame, siti, lacrymis, sanguine, & vita passione & morte exantlata. *O quantum laboravit sustinens.* Exclamat S. Bernardus serm, 12. in Cantic.

*Conf. 2.* Quòd non tantùm viderit D. JESUM exemplar Martyrum, quoad tolerantiam, sed etiam quoad gloriam: Qui enim fuerat inter jumenta in stabulo, inter latrones in Calvario, jã est in oculis ad dexteram



ram Patris, illic & Minister Christi futurus est. Talia videbat Stephanus, & lapides torrentis ei dulces fuerunt.

*Conf. 3.* An non & ego quidquid adversum lætè perferre debeam, qui non lapide, sed pane de cælo descendente nutrior, & Christiflor, de quo Tertullianus Apolog. c. 15. ait, quòd sit *Clypeus Solis*, id est, Christi, quem fuit amplexus ante pugnam mortis.

MEDITATIO CCCLXXIII.

Die S. Joannis.

*De triplici presidio servande*

*Puritatis.*

**A**spiciam tres Classes hominum, triplicem mansionem integritatis Virginalis habentium. Petam eos assequi.

*Conf. 1.* Primam classem virorum Apostolicorum, qui suspecta fugiunt, non suspecta rationabiliter admittunt, tentati viriliter certando vincunt, vel poenitètia delent.

*Conf. 2.* Alteram classem eorum, qui etiam non suspecta declinant, & in eam servitutem corpus redigunt, ut videatur impossibile esse, ut spiritui resistat, è quorum numero fuit D. Joann. Baptista, & complures alij viri spirituales.

*Conf. 3.* Classem tertiam eorum, qui à Domino præventi omnem labem natura-

liter  
roicè  
huma  
litta,  
est fl  
eremo  
remo  
impu  
sensu  
Verù  
quan  
omni  
pote  
Deut  
gient  
finu  
enim  
hoc  
char  
in P  
cupi  
  
De  
  
A  
pap  
  
liter